

IN MISSIS
Quotidiânis Defunctôr.

Lectio libri Apocalyp-
sis Beâti Joânnis
Apóstoli.

Apo.
14.

IN diêbus illis: Audí-
vi vocem de cœlo,
dicentem mihi: Scri-
be: Beâti mórtui, qui

in Dómino moriúntur.
Amodò jam dicit Spí-
ritus, ut requiêscant à
labóribus suis: ópera
enim illórum sequúntur
illos.



EPISTOLÆ

IN PROPRIO FESTIVITATUM,
quæ in Hispânia ex Apostólica concessiõe
generáliter celebrántur.

DIE ASSIGNATA
ab Ordináriis.

In festo Beátæ Mariæ,
sub título de Gua-
dalúpe.

Lectio libri Sapiéntiæ.

Ecl.
24. c

EGo quasi vitis fruc-
tificávi suavità-
tem odôris: &
flores mei fructus honô-
ris, & honestátis. Ego
mater pulchræ dilectiõ-
nis, & timôris, & agnitiõ-
nis, & sanctæ spei. In
me grátia omnis viæ, &
veritátis, in me omnis
spes vitæ, & virtûtis.
Transíte ad me omnes,
qui concupiscitis me, &
à generatiõibus meis im-
plémini. Spíritus enim
meus super mel dulcis,

& hæréditas mea super
mel, & favum. Memória
mea in generatiões sæ-
culórum. Qui edunt me,
adhuc esúrient: & qui
bibunt me, adhuc sítient.
Qui áudit me, non con-
fundêtur: & qui operán-
tur in me, non peccá-
bunt. Qui elúcidant me,
vitam ætérnam habé-
bunt.

IV. DECEMBRIS.
In festo S. Bárbaræ Virg.
& Mart. Epist. Confité-
bor, de comm. Virg. &
Mart. pag. xviii.

VIII. DECEMBRIS.
In festo Immaculatæ
Conceptiõnis Sanctíssi-
mæ Genitrícis Dei Ma-

riæ, Hispaniârum & Indiârum Patrônæ. Epist. Dóminus possédit: ut in Córpo Románo. pag. 165.

IX. DECEMBRIS.

In festo sanctæ Leocádiæ Virg. & Mart. Epístola: Dómine Deus meus, ut in comm. Virg. & Mart. pag. xix.

X. DECEMBRIS.

In festo Translat. Almæ Domus B. M. V. Epist. In ómnibus réquiem quæsi: ut in die Assumpt. B. M. V. pag. 211.

X. DECEMBRIS.

In festo sanctæ Euláliæ Emeriténsis Virgin. & Mart. Epist. Confitêbor, de comm. Virg. & Mart. pag. xviii.

XVIII. DECEMBR.

In festo Expectatiónis Beátæ Mariæ Virginis.

Léctio Isaïæ Prophétæ.

IN diêbus illis: Locutus est Dóminus ad Achaz, dicens: Pete tibi signum à Dómino Deo tuo, in profúndum inférni, sive in excésum suprâ. Et dixit Achaz: Non petam, & non tentâbo Dóminum. Et dixit: Audite ergo domus David: Numquid parum vobis est, moléstos esse homínibus, quia molésti estis & Deo meo? Propter hoc dabit Dóminus ipse vobis signum. Ecce virgo concípiet, & páriet filium, & vocábitur nomen ejus Emmánuël. Butyrum & mel cómedet, ut sciat reprobâre malum, & eligere bonum.

Isai.
7. b

XXIII.

XXIII. DECEMBRIS.

In festo B. Nicolái Factôris Confessôris. Epístola: Beátus vir, de comm. Confess. non Pontif. pag. xvi.

XXX. DECEMBR.

In Translatiône S. Jacóbi Apóstoli Hispaniârum Patróni.

Léctio Epístolæ Beáti Pauli Apóstoli ad Corinthios.

FRatres, Non omnis caro éadem caro: sed ália quidem hóminum, ália verò pécorum, ália vólucrum, ália autem píscium. Et cörpera cœléstia, & cörpera terréstria: sed ália quidem cœléstium glória, ália autem terréstrium. Alia cláritas solis, ália cláritas lunæ, & ália cláritas stellârum. Stella enim à stella differt in cla-

1.
Cor.
15. e

ritâte: sic & resurréctio mortuôrum. Seminâtur in corruptiône, surget in incorruptiône. Seminâtur in ignobilitâte, surget in glória. Seminâtur in infirmitâte, surget in virtúte. Seminâtur corpus animâle, surget corpus spirítale. Si est corpus animâle, est & spirítale, sicut scriptum est: Factus est primus homo Adam in ánimam vivéntem, novíssimus Adam in spíritum vivificántem. Sed non prius quod spirítale est, sed quod animâle: deinde quod spirítale. Primus homo de terra, terrênus: secúndus homo de cœlo, cœléstis. Qualis terrênus, tales & terrêni: qualis cœléstis, tales & cœléstes. Igitur, sicut portávimus imáginem terrêni, portémus & imáginem cœléstis. Hoc autem dico, fratres: quia caro,

&

& sanguis regnum Dei possidere non possunt: neque corruptio incorruptelam possidêbit.

FESTA JANUARIIL.

XVI. JANUARIIL.

In festo S. Fulgêntii Ep. & Conf. Epist. Fratres, plures facti sunt sacerdotes, de comm. Confes. Pont. pag. xiii.

XXI JANUARIIL.

In festo SS. Fructuosi Episcop. Augurii & Eulogii Diaconorum Martyrum. Epistola: Justorum animæ, de communi plurimôr. Martyr. pag. viii.

XXIII. JANUARIIL.

In festo S. Ildephonsi Archiepisc. Tolet. Confes. Epist. Charissime, testificor, ut in comm. Doctor. pag. xv.

XXVI. JANUARIIL.

In festo S. Paulæ viduæ. Epistola: Mulierem fortem quis inveniet? ut in communi nec Virginis, nec Martyris, pag. xxi.

XXVIII. JANUARIIL.

In festo S. Juliâni Episc. & Confessôris.

Lectio Actuum Apostolorum.

IN diêbus illis: A Miletô Paulus mittens Ephesum, vocavit Majôres natu Ecclésiæ. Qui cum venissent ad eum, & simul essent, dixit eis: Attendite vobis, & universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclésiâ Dei, quam acquisivit sanguine suo. Commendo vos Deo, & verbo grâtiæ ipsius, qui potens est ædificare, & dare hæreditatem in sancti-

fi-

ficatis omnibus. Argentum & aurum, aut vestem nullius concupivi, sicut ipsi scitis: quoniam ad ea quæ mihi opus erant, & his qui mecum sunt, ministraverunt manus istæ. Omnia ostendi vobis, quoniam sic laborantes, oportet suscipere infirmos, ac meminisse verbi Domini Jesu, quoniam ipse dixit: Beatius est magis dare, quam accipere.

XXIX. JANUARIIL.

In festo S. Valerii Episcopi Cæsaraugustani & Confes. Epistola: Ecce Sacerdos magnus, ut in communi Confes. Pontificis, pag. xii.

XXX. JANUARIIL.

In die Octavæ sancti Ildephonsi. Epist. ut in die festi.

FESTA FEBRUARIIL.

I. FEBRUARIIL.

In festo S. Cæciliæ Episc. & Mart. Epist. Charissimi, Beatus vir, de comm. unius Mart. pag. i.

XII. FEBRUARIIL.

In festo S. Eulaliæ Barcinonensis Virg. & Mart. Epistol. Confitebor, de comm. Virg. pag. xviii.

XXV. FEBRUARIIL.

In festo B. Sebastiani ab Aparicio Confessoris. Epistola: Beatus vir, de communi Confes. non Pontif. pag. xvi.

FESTA MARTIIL.

I. MARTIIL.

In festo sancti Rudesindi Episc. & Conf. Epistola: Ecce Sacerdos, de communi Confessor. Pontif. pag. xii.

III.

III. MARTII.

In festo SS. Hemethérii,
& Celidónii Frat. Mart.
Epist. Justorum animæ,
de comm. plur. Martyr.
pag. viii.

XIII. MARTII.

In festo S. Leándri Ar-
chiep. Hispal. Conf. Epís-
tola: Charíssimi, Testífi-
cor, de communi Doct.
pag. xv.

XIV. MARTII.

In festo S. Florentínæ
Virginis. Epístola: Fra-
tres, Qui gloriátur, de
comm. Virg. pag. xix.

XVIII. MARTII.

In festo sancti Gabriélis
Archángeli.
Léctio Daniélis Pro-
phétæ.

Dan.
9. f

IN diébus illis: Ecce
vir Gábriël, quem
videram in visiône
à principio, citò volans

tétigit me in témpore sa-
crificii vespertíni. Et dó-
cuit me, & locútus est mi-
hi, dixitque: Dániël nunc
egréssus sum, ut docérem
te, & intelligeres. Ab exór-
dio precum tuárum egrés-
sus est sermo: Ego au-
tem veni ut indicárem ti-
bi, quia vir desideriórum
es: Tu ergo animadvér-
te sermónem, & intelli-
ge visiõem. Septuagín-
ta hebdomades abbreviá-
tæ sunt super pópulum
tuum, & super urbem
sanctam tuam, ut con-
summétur prævaricatio,
& finem accípiat peccá-
tum, & deleátur iniqui-
tas, & adducátur justítia
sempitérna, & impleátur
visio, & prophetía, &
ungátur Sanctus sanctó-
rum. Scito ergo, & ani-
madvérte: Ab éxítu ser-
mónis, ut iterùm ædifi-
cétur Jerúsalem, usque
ad Christum ducem heb-

dó-

FESTA APRILIS.**DOMINICA III.**

post Pascha.

In festo Patrocínii Sancti
Joseph Confessôris.

Léctio libri Génesis.

dómades septem, & heb-
dómades sexaginta duæ
erunt: & rursus ædificá-
bitur platea, & muri in
angústia témporum. Et
post hebdomades sexagín-
ta duas occidétur Chris-
tus: & non erit ejus pó-
pulus, qui eum negatú-
rus est. Et civitátem, &
sanctuárium dissipávit pó-
pulus cum duce ventú-
ro: & finis ejus vástitas,
& post finem belli statú-
ta desolátio.

XVIII. MARTII.

Vel ália die.

In festo S. Bráulii Episc.
& Confessôris. Epístola:
Ecce Sacerdos magnus,
de comm. Confessôris
Pontíficis, pag. xii.

Filius accrésceus Jo-
seph, filius accrés-
cens, & decôrus
aspéctu, filiæ discurré-
runt super murum. Sed
exasperavérunt eum, &
jurgáti sunt, inviderúnt-
que illi habéntes jácula.
Sedit in forti arcus ejus,
& dissolúta sunt víncula
brachiórum, & mánuum
illius per manus poténtis
Jacob: indè pastor egrés-
sus est lapis Israël. Deus
patris tui erit adjutor
tuus, & omnipotens be-
nedicet tibi benedictióni-
bus cœli désuper, bene-
dictionibus abyssi jacén-
tis deórsum, benedictióni-
bus úberum & vulvæ.

Gen.
49. c

Nn

Be-